

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

Caput I. In S. Scripturae, aliorumque Librorum Lectione optima quaeque
excerpenda & Locos Communes conficiendos esse, Viri Doctimonent verbis.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082

quolibet secundum eos suos Locos Communes instruere, illisque annotatu digna subijcere possit.

CAPUT I.

In S. Scriptura, aliorumque Librorum Lectione optima quæque excerpenda & Locos Communes conficiendos esse, Viri Docti monent verbis.

D. LUCAS OSIANDER, Senior, Theologus VVirtenbergicus, in admonit. de Studiis privatis recte instituendis, quæ annexa est Ordini Studior. M. Steph. Prætorii p. 99. Quæ admodum in pertuso dotio, nec aqua, nec vinum servari potest: ita parum proderit, multa legere, nisi præcipua & necessaria ita retinueris, ut ea ad usum transferre & suo loco atque tempore in lucem proferre possis. Memoria autem etsi nobis à DEO ideo data est, ut fideliter, quæ ipsi commendata sunt, custodiat atque servet; tamen in varietate studiorum & negotiorum, præsertim accedente senectæ, sit multo languidior & minus tenax. Quare sibi Minister Ecclesiæ librum paret ex chartâ purâ, in quo annotet præcipua & insignia dicta, exempla, argumenta, & alia, quæ præ aliis memoratu maxime digna judicaverit: idque non modo ex Sacris, verum

RATIO LEGENDI AVTORES.

etiam profanis autoribus; ut necsitate postu-
lante inde depromere possit, quibus opus habue-
rit. **LOCOS COMMUNES** tales Codices ap-
pellant.

D. DAVID CHYTRÆUS, Theologus Rosto-
chiensis, in Regulis Studiorum, capite de lectio-
ne Autorum, num. IV. pag. 21. Ut Loci Auto-
rum illustriores & lumina sententiarum, exem-
plorum, similitudinum, verborum, phrasium &
figurarum insignium, facilius memoriae insigi que-
ant, & ad usum quocunque tempore prom-
pta & parata sint; valde utile est, **LOCOS**
COMMUNES precipuarum artium, certo ordi-
ne distributos habere, ad quos omnia, quæ audi-
unt, aut in autorum scriptis legunt, Studiosime-
moriam digna annotent, & velut in classes certas
distribuant.

D. LEONHARDUS HUTTERUS, Theologus
Wittenberg. in dissert. de Studio Theolog. re-
ctè inchoando, feliciterque continuando Ob-
serv. VI. de Locis Comm. rectè instituendis;
Cum parùm profit, multa vel audivisse vel legis-
se, nisi præcipua rerum momenta retineantur, ac
ad usum transferantur, & verò vix ullus dari
queat, qui rerum omnium auditarum & lecta-
rum memoriam conservare possit, ideo usus **LO-**
CORUM COMMUNIUM Theologicorum certe
maximus est.

D. JOH.

ET L. C. COLLIGENDI.

D. JOH. HÜLSEMANNUS, *Theologus Consummatissimus*, Præceptor quondam meus fidelissimus in *Methodo Studii Theolog.* pag. 320. *Ad sublevandam memoria lubricitatem non utile solum, sed & necessarium est, quidpiam rerum lectarum literis consignare, &c.* Et paucis interjectis docet; 1. *Quando sint conscribendi Codicilli Communes?* 2. *Quid sit scribendum & quantum;* 3. *quo sint ordine conscribendi?*

DN. D. ABRAHAM CALOVIUS, *Theologus de universa Ecclesia Christi docendo & scribendo præclarissime meritis*, Collega, Compater & in Christo Frater meus honoratissimus & conjunctissimus, in *Pædia Theolog.* artic. poster. cap. I. Can. 5. pag. 197. *Annotari poterunt, recurrente lectione Biblica, dicta probantia & exempla peculiari libello, titulis digestis juxta ordinem Alphabeticum.* Quamquam enim tales habeantur LL. CC. Biblici -- quales utiliter adhiberi censemus, juvat tamen plurimum proprio studio talia annotasse, quum & magis hærent in memoriâ & majori cum fructu propria usurpentur &c. Et cap. V. Can. 3. pag. 313. seq. *Opera pretium est, peculiari volumine Moralia comprehendere, quod sit instar LL. CC. Moralium.* In hoc colligantur ea, quæ ad virtutes ac

vitia faciunt, tum è Scripturis, tum e Patribus, aliisque Autoribus observatu necessaria. Et cap. VI. can. 2. pag. 323. Ad praxin Concionatoriam vel imprimis conducunt LL. CC. Practici. Tales sunt, qui vel ab aliis collecti jam habentur, quorum opera hic cum fructu uti possumus, vel qui proprio studio colliguntur, quod et si laboriosius, dubium tamen nullum, quin etiam sit fructuosius.

JOH. MICH. DILHERRUS, in Apparatu Philologico pag. 140. seqv. Quapropter tradendum libris, quicquid legitur, in quo sane labor aliquis, & in legendorem ora, sed labor & remora utilis, si quidquam in omni ratione studiorum.

DES. ERASMUS, in Ratione perveniendi ad veram Theologiam, pag. 110. Tom. V. Oper. Quod nunc dicturus sum, inquit haud scio, an vel precipuam allaturum sit utilitatem, si quis dextre praestiterit id est hujusmodi, ut locos aliquod Theologicos aut tibi pares ipse, aut ab alio quopiam traditos accipias ad quos omnia quae legeris velut in nidulos quosdam digeras quo promptius sit, ubi videbitur quod voles vel promere vel recondere.

JUSTUS LIPSIIUS in Epistolicâ Institut. cap. XII. de excerptis, quo ordine ea instituenta & à quibus singula carpenda sint, ita scribit;

Quod

ET L. C. COLLIGENDI.

Quid feligas & à quibus, partem feci alteram;
De quâ et si exemplis dicere facilius possem, quam
scriptis; tamen breviter hac habeo; Lectionem ip-
sam non sufficere, ne repetitam quidem, imo nec
in felicissimâ memoriâ, sed opus esse Excerptis
quibusdam & Notis, rerum, verborumque sin-
gularium, quas imitemur; quæ excerpta Memo-
rabilibus libellis, tanquam arario contineri ve-
lim, unde sermonis illæ opes per tempus & ad
usum promantur. Et Cent. III. Miscel. Epist.
25. Qui è variâ illâ lectione nihil colligit, sepo-
nit, disponit, nugas agit, & in acceptum pauca
refert.

HIEREMIAS DREXELIUS, Aurifodinae Ar-
tium & Scientiar. part. I. cap. 1. Excerptum
ajo & quidem cum cura & studio. Ad plenam
eruditionem vix ullus est accessus, nisi hac semi-
tâ. — Legere & nihil feligere, meo iudicio
prorsus negligere est. Pænè omnis lectio perit,
quæ nihil excerptit. Et cap. III. in fine. Excer-
pendum ac notandum est aliter ad seriâ eru-
ditionem accessus non est.

JOH. HENR. ALSTEDIUS, Calvin. in Præ-
cogn. Theolog. lib. II. cap. 130. pag. 755. Consti-
tutio Locorum Communium est, inquit, quæ re-
feruntur incerta volumina ea, quæ sunt insigni-
ora apud Theologos; Tanta est horum Locorum
neces-

RATIO LEGENDI AUTORES.

necessitas, ut omnino nobis persuasum sit, vix ul-
lum ingenium, quantum libet excitatum, sine il-
lorum adoratione posse aliquid solidi prestare
in illa facultate, quam ad dies vite profiteri stat
sententia. Cum enim memoria vel angustior sit,
quam ut possit obvia quæque capere & retinere,
vel innumeris casibus, ut puta morbis & curis sit
obnoxia, via ineunda est, qua possimus sic serva-
re, quæ semel legimus, ut in casu necessitatis, uti
vulgo loquimur, inde depromamus, quæ nobis ne-
cessaria sunt tali vel tali tempore. Nulla autem
hic inveniri potest alia, nisi hæc, ut LOCOS
COMMUNES adornemus, qui sunt veluti me-
moriam subsidaria & representativa. Idem
Alstedius edidit Consilium de Locis Comm.
rectè adornandis, quod subjunxit Oratori suo
pag. 297.

MATTHÆUS SUTLIVIVS, libro de rectâ
Studii Theolog. ratione cap. III. pag. 31. Ne re-
rum varietas confusionem pariat, vel effluat,
quod semel legimus & memoria mandavimus,
maximè utile erit, quæcunque vel ad religionem
pertinent, vel ad mores, ea in LOCOS conjicere
COMMUNES, & ad singulos Locos, locorumque
capita singula testimonia & exempla referre.
Confer Eundem cap. VI. pag. 51.

ARNOL. CLAPMARIUS, J. C. in Triennio
No.

ET L. C. COLLIGENDI.

Nobilis Adolesc. Dissertationum de Studiis instituentis H. Grotii & aliorum pag. 159. *Hoc loco vehementer te hortor, inquit, ut prius LOCOS conscribas, in quos illustriora dicta, facta, consilia, eventus, imperiorum origines, incrementa, decrements, Rerum publ. periodos & vicissitudines memoria causa notes.*

JAC. FOCANUS in dissert. de studiis ibid. pag. 249. *Moneo I. ait, ut libros legas animo non oscitanti, aut vagabundo, aut aliis rebus, aut curis distracto, sed libero & attento. II. ut inter legendum annotes & excerpas, quæ rara & notatu digna tibi videntur.*

LUDOV. CROCIUS in Instruēt. de ration. Studii Theol. ibid. p. 498. *Bibliotheca non tam sumptuosa, quam selecta ex optimis, maximeq; necessariis auctoribus comparetur. LOCI COMMUNES tum è Sacris literis, tum è profanis Scriptioribus ad usus necessarios mature diligenterq; colligantur. Eadem habet in Synt. Theol. Præloq. p. 7.*

JOH. HEURNIUS Dissertat. de Studio Medic. ibid. p. 578. *Cum tam multiplici rerum varietati memoria par esse nequeat, arte eam juvabimus; LOCOSq; COMMUNES fabricabimur; quibus ut certis thecis, memoriæ egregiè digna inferamus; ut, cum opus fuerit, tanquam*